

mentis suscipiendis recurrere: quia nec Clerici aliorum populorum nec Fratres aliorum Ordinum possunt ibi officium Parochi exercere: sequitur profecto quod nos sumus proprie Parochi & Curati. Hęc ex sententia Doctissimi Patris Fratris Alphonsi de No- reña in Expositione indulti Pij. 5. ad instan- tiam Regis Philippi. 2. impetrati. Dubio. 7. vbi etiam dicit q̄ dato Fratres Mendican- tes Indiarum non essemus Curati, nihilomi- nus debemus facere in dictis populis In- dorum vbi residemus totum illud, quod alias fecissent ibi Clerici Curati, vel Religiosi in- de per nos amoti, vel impediti ne ibidem intrent, & officium suum peragant. Quia ipsa ratio naturalis dicit, quod vnus quis que refartiat damnum, quod sua causa il- larum est: sed Fratrum causa factum est quod in populis eis assignatis non reside- ant Clerici Curati, vel alij Religiosi qui Indis Sacramenta ministrent, & verbum Dei predicent: ergo debent & tenentur ad refarciendum hæc omnia, de iustitia: Quia sunt causa horum: vel relinquunt dictos po- pulos. Et sic esset maximus conscientie scrupulus, & intolerabile damnum, si Fratres,

¶ ***

4

pete-